



uarie repetatur. Nam iste numerus sicut in ipsis quinq. libris moysi. idest
quinarius in ueteri testamento maxime commendatur. Illa uero quaedem
ceps quattuor conecuntur. idest masculina uiginti annis. & supra omnis
qui procedit in uirtute. & cognitio eorum. quamuis & ipsa per omnes tribus.
eodem prorsus modo repetantur. habent necessariam differentiam. Cum eni
ageretur de numero uniuersae multitudinis ad unam tribum perueniens.
discernendus erat sexus. Ideo positum est omnia masculina. & ne paruulitas
computarentur. Ad iunctum est uiginti annis & supra. rursus ne in bellis
aetas senectutis ad numeraretur. Additum est. omnis qui procedit in uirtute
& omnia concluduntur uerbo eius operis quod fiebat ut dicitur cognitio
eorum. Cognitio enim fiebat haec hominum milia computarentur.
Quinq. igitur illa propinquitates populi domus familiarum. Numerus
nominum & caput. & ista deinde quattuor sexus aetas uirtus cognitio
fortasse in ipso numero aliquid insinuent. Si enim horum duorum numero
rum. idest quinaru. & quaternaru. altero multiplicetur ex altero. idest ut
quingenti quaterni aut quater quini ducantur. uiginti fiunt quonumero
etiam adolescentium aetas illa signatur quinumerus commemoratur.
& quando intratur ad terram promissionis. & dicitur illa aetas uiginti an
norum quae non declinauerat. in dexteram aut sinistram. ubi mihi uidetur
significari se fideles. ex utroq. testamento fidem ueram tenentes. Nam uetus
testamentum quinq. libris moysi. maxime excellit. & nouu quattuor euangelis.

III Quod aut de tabernaculo destruyendo. leuando. erigendo. & alienigena
qui accesserit moriatur. hic alienigena. intellegendus est etiam ex illis
filiis israhel. qui non de illa tribu fuerant quam tabernaculo seruire
praecipit. idest qui non fuerit de tribu leui. Mirum est autem quomodo
abusue alienigena dicitur. quod magis alterius generis hominem significat.
idest allogenes. & non magis allo filios quod significat. alterius tribus ho
minem. quonumine magis utitur scriptura in aliarum gentium hominibus;
ut allo filii appellentur. quasi aliarum tribuum homines.

III Et locutus est dominus ad moysen dicens. Accipe tribum leui. & statues eos in con